



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Totivs Theologiae S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Svpplementvm Tertiæ Partis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romæ, 1619

Vtrum oporteat consensum per verba de præsentis exprimi? 2

urn:nbn:de:hbz:466:1-38817

quod est in officium naturæ & civilis vitæ: oportet quod mediante materiali, fiat spiritualis virtute divina. Unde cum coniunctiones matrimonialium contractuum fiant per mutuum consensum, oportet quod hoc modo etiam fiat matrimonialis coniunctio.

Ad primum ergo dicendum, quod sacramentorum prima causa est divina virtus, quæ in eis operatur salutem: sed causæ secundæ siue instrumentales; sunt materiales operationes, ex divina institutione efficaciam habentes: & sic consensus in matrimonio est causa.

Ad secundum dicendum, quod matrimonium non est ipse consensus, sed quædam unio ordinatorum ad unum, ut dictum est, * quam consensus facit: nec consensus propriè loquendo, coniunctionem Christi ad ecclesiam significat, sed voluntatem eius, quæ factum est ut ecclesiæ coniungeretur.

* Quas. preced. art. 1. Gratianus caus. 27. q. 2.

Ad tertium dicendum, quod sicut matrimonium est unum ex parte eius, in quod fit coniunctio, quæ sit multiplex ex parte coniunctorum: ita etiam consensus est vnus ex parte eius in quod consentiunt, scilicet prædictæ coniunctionis; quamvis sit multiplex ex parte consentientium: nec est directe consensus in virum, sed in coniunctionem ad virum ex parte vxoris: & similiter ex parte viri est consensus in coniunctionem ad vxorem.

De qua in corp. q. 2. preced. art. 1.

ARTIC. II.

Utrum oporteat consensum per verba exprimi?

185

Ad secundum sic proceditur. Videtur, quod non oporteat consensum per verba exprimi. Quia si per matrimonium redigitur homo in potestatem uxoris, ita per votum. Sed votum obligat quo ad verbum, etiam si non exprimatur verbis. Ergo & consensus facit matrimonij obligationem, etiam sine expressione verborum.

* Vt dicitur in Decretis lib. 4. tit. 1. c. 23.

¶ 2. Præterea, Matrimonium potest esse inter eos, qui suum consensum sibi mutuo verbis exprimerent.

primere non possunt, quia vel sunt muti vel diversarum linguarum. Ergo expressio consensus per verba non requiritur ad matrimonium.

¶ 3 Præterea, Si omittatur illud quod est de necessitate sacramenti quacunque ex causa, non est sacramentum. Sed in aliquo casu est matrimonium sine expressione verborum: sicut quando puella tacet præ verecundia parentibus eam viro tradentibus. Ergo expressio verborum non est de necessitate matrimonij.

SED contra, Matrimonium est sacramentum quoddam. Sed in omni sacramento requiritur aliquod visibile signum. Ergo & in matrimonio: & ita oportet ibi saltem esse verba exprimentia consensum visibiliter.

¶ Præterea, In matrimonio fit contractus inter virum & mulierem. Sed in quolibet contractu oportet esse expressionem verborum, * quibus se invicem homines obligent. Ergo & in matrimonio oportet esse consensum per verba expressum.

*Art. præ
sed. cor.*

RESPONDEO dicendum, quod (sicut ex his patet*) coniunctio matrimonialis fit ad modum obligationis in contractibus materialibus: & quia materiales contractus non possunt fieri, nisi sibi invicem voluntatem suam verbis promant qui contrahunt; ita etiam oportet quod consensus matrimonium factus verbis exprimat, ut expressio verborum se habeat ad matrimonium, sicut ablutio exterior ad Baptismum.

Ad primum ergo dicendum, quod in voto non est aliqua sacramentalis obligatio, sed spiritualis tantum: & ideo non oportet, quod fiat ad modum materialium contractuum, ad hoc quod obliget, sicut est de matrimonio.

* *Lib. 4.
decreta.
tit. 1. c.
23.*

Ad secundum dicendum, quod quamvis tales non possint * vota sua mutuo verbis exprimere, possunt tamen exprimere nutibus: & tales nutus pro verborum computantur.

Ad tertium dicendum, quod sicut dicit Hug. * de
 sponso vid. eos qui coniunguntur, sic oportet consen-
 tere, ut invicem se spontaneè recipiant: quod iudi-
 catur fieri si in desponsatione non contradicant. unde
 de verba parentum computantur in casu illo, ac si ef-
 fectus puella: sunt enim sufficiens signum quod sunt
 eas, ex quo non contradicit.

ARTIC. III.

*Ut consensus expressus per verba de futuro, faciat
 matrimonium.*

186

Ad tertium sic proceditur. Videtur, quod con-
 sensus expressus per verba de futuro, matrimo-
 nium faciat. Quia sicut se habet præsens ad præsens,
 ita futurum ad futurum*. Sed consensus per verba
 præsenti expressus facit matrimonium in præsenti.
 Ergo consensus expressus per verba de futuro,
 facit matrimonium in futuro.

1. Præterea. Sicut in matrimonio fit quedam
 obligatio per verba exprimentia consensum, ita & in
 aliis civilibus contractibus. Sed in aliis contractibus
 non differt utrum per verba de præsenti, vel de futu-
 ro obligatio fiat. Ergo nec in matrimonio differt.

2. Præterea, Per votum religionis homo con-
 trahit matrimonium spirituale cum Deo. Sed votum
 religionis fit per verba de futuro, & obligat. Ergo
 similiter potest fieri matrimonium carnale per
 verba de futuro.

3. Contra est, quod ille qui consentit in aliquam
 verba de futuro, & postea cum alia per verba de
 præsenti, secundum iura debet habere secundam pro-
 portione. Sed hoc non esset, si consensus per verba de
 futuro faceret matrimonium: quia ex quo verum est
 matrimonium cum vna, ea vivente non potest con-
 trahi cum alia. Ergo consensus per verba de futuro
 non facit matrimonium.

4. Præterea, Qui promittit aliquid se facturū, non
 facit illud. Sed qui consentit per verba de futu-
 ro, promittit se cum aliqua contrahitur matrimo-
 nium. Supplementum.

B b nium.

* In suis
 Senten-
 tijs tra-
 ctatu 7.
 c. 6. pau-
 lo à prin-
 cip.

* ut dici-
 tur in de
 cret. lib. 4
 tit. 1. c. 31
 & ibid.
 tit. 4. c. 5.

Lib. 4.
 Decreta.
 tit. 1. c.
 22.